acc. 1896, 145

hisp. fol. 29.

I

II

Erasmus Rotterdamus.

Valdes, etc.

Transylvanus etc.

Literary men.

Erasmus

August

2

Simancas. Estado.

Legajos Sueltos. Legajo

3.

Olivarius Alphonso Valdesio, Caesarii Secretario,

Montuae Carpetanorum.

Complains of the Valentians. They have made Johannem Celayam rector of the gymnasium. for no other reason except because he is a devotus parisiensis. This rector is an enemy of learning, and calls Erasmus "haereticum et grammaticum.

Valentiae Cal. septemb.

Olivarius

Maestro Olivia?

Madrid. Real Academia
de la Historia.
Cartas de Erasmo y otros.

f. 73.

1525 3
15 Dubr.

Maximilianus Translyranus Alfonso Valdesio

Praises his great genius. Tells him that he has made so great progress in Latin that he is no longer in want of a master.

Praises the interest he takes in Erasmus.

Has delivered the letters of the Emperor, concerning the pension for Erasmus, to the whole Council. All are of opinion that Erasmus deserves much more, but they say there is but a penury that they cannot do any thing at present for Erasmus.

Madame, however, sends Guillaume Barri to Spain with a list of persons whom the Emperor has promised pensions. Some of them are directly to be satisfied, others, on the other hand, must wait until better times. If the Emperor knows that Erasmus is reconciled among those who are to be satisfied directly, Madame will be glad to obey him.

Two advantages would be obtained thereby, viz

1. Erasmus would obtain a recompense which he deserves so much;
2. He would be hindered to come to Flanders and to publish his writings against Luther which he would not dare to publish in Germany.

Begs him not to omit any thing that would be favorable

to Erasmus.

Brussels 15 June 1826

Jonas Maximilianus Transylvanus.

Biblioteca de la R.l Acad.e de la Hist.a
Est. 18. — gr. 1.a, n.o 5. — fol. 21.

1525
28 Octub.

Mercurino Gattinara Erasmo.
Toledo 28 Octobris 1525.

S. P. Vir clarissime, Nihil mihi potuit aut gratius aut iucundius accidere his litteris, quas ad me natali Matthiæ apostoli datas misisti. Quæ et si serius, quam forte optasses, redditæ sunt, nihil tamen minus propterea grata fuere. Cognobi namque quod maxime cupiebam, te iam ex confesso Lutheri hostem factum, eiusque pestifera dogmata, non solum iam a te fortiter oppugnari cepisse, sed iam non parum impressionem factam. Quod tuum ipsum consilium velim, et quotidie magis diu fortunent. Unum doleo esse tibi molestum calculum, sed nosti quam hæc vita misera, quæ quando ferenda est, profecto et in ea quæ sunt calamitates. Sed unum illud maxime tibi solatio esse debet, ut spero tibi vivo laudem, mortuo vero gloriam non defuturam, quibus certe duobus amplissimis in hominum genere bonis cætera quæcunque mala facile compensari possunt. Quæ tam de pensione tua quam contra detractores tuos petebas, ea tibi facillime

Cæsar concessit, cum his habebis litteras quas ob id scribi iussit. Tu tua (ut mihi iam dudum persuasum est) et ad pietatem et ē republica consilia prosequere, et neminem timeas, quum nihil demum magis timendum sit, quam ipsa conscientia, quæ si bene constiterit, quicquid postea eveniat in lucro potius quam damno imputandum est, Me semper habebis qui et rei et dignitati tuæ nullo loco sim defuturus. Vale. Toleti, 28 Octobris, 1525.

De mano de Gattinara. — Tuus ut solet
Mercurinus de Gattinara cancellarius.

En el sobre: Clarissimo viro Domino Erasmo Roterodamo tanquam fratri optimo, etc.
Basileæ.

1525 5
28 octubre

Madrid · Real Academia
de la Historia.

Cartas de Erasmo y otros.

f. 21

Mercurino de Gattinara to Erasmus.

Has received his letters dated on the day of St Matthias the Apostle. They have been delivered rather late, but are not the less agreeable to him, as he knows by their trust he (Erasmus) has become an adversary of Luther, instead of being one of his partisans. His publications against Luther have already made considerable impression on the disciples of Luther, and may have been gained back to the true faith.

Is sorry to hear that he suffers from "molestum calculum" as long as he lives he will be praised. After his death he will gain eternal glory.

His demands, concerning the pension and the means to be taken against his detractors are granted by the Emperor.

He ought not to be afraid of anyone. Will never forsake him.

Toledo 28 Octubre 1525"

Tuus et totus
Mercurius Gattinara, Comes

Latin. Minute written by Vozmediano. pp 2.

Madrid. Real Academia de la Historia. Cartas de Erasmo y otras. f. 1.

Erasmus

1526
1 May.

Erasmus to Mercurino de Gattinara.

The Lutherans, and especially Hutten, Otho Brunfelsius, and Luther himself attack him more acrimoniously than ever. Luther openly confesses that he (Erasmus) is the principal obstacle to the propagation of the word of God, that is to say his heresy. They declare that no man living has done so much harm to the spread of Lutheranism as he (Erasmus).

If the Emperor knew the truth, he would not only know that he (Erasmus) deserves the position he occupies, but that he deserves greater recompensation. He not only toils for the true religion, but puts his very life to danger. His conscience and the services he is rendering to Christ are reward enough for him.

Whilst he is fighting the Lutherans, men of his own party are attacking him from the back. Latomus sins a long time hath been and all knit of learning alike. He instigates the Dean and others against him. This party try to persuade the Prince that he is this enemy. If the wisdom of the Prince does not curb the fanaticism of such men, all study of languages and polite letters will soon be extinct; and innocent men will suffer.

That would not only be an injustice, but it would also give great advantage to Luther. For, as the state of things is, whoever is against Erasmus is for Luther.

The source from which these disturbances flow must be dried up. "Ego quod negari non potest "veritati linguarum et bonarum literarum studia, "Theologicam scholasticam nimium prolapsam ad "sophisticas argucias ad fontes divinorum voluminum "et ad veterum orthodoxorum lectionem revocari, "nonnullum phariseicis cerimoniis indormientem "ad veram pietatem excitasse studium. Multi "factionis me originem attigerunt. Ex. In tot meis lucubrationibus "nullum adhuc damnatum dogma possunt ostendere. Tametsi sunt nonnulli qui nonnulla torqueant depravantque ad suspitionem aut calumniam. "Verum hic temporum status quo subinde nova "dogmata exoriuntur inter que nemo illud in Eucharistia "non esse nisi signum corporis dominici, subito labitur "nemo propagatum est, non probet otium taliburca. "villaticis quos vel in pontificis epistolis licuit "dogmatizare commissis, si contigat inimicus interpres."

Datum Basilee 3 Calend. Maias, anno 15[illegible]26

Magnitudo D. T. mancipium

Eras. Rot. ma manu.

Biblioteca de la R.l Academia dela Hist.a
Zet. 18. grada 1.a – n.o 8.

fol. 3. Erasmus Mercurino Gattinario

Basileæ 3 nonas Septembris 1526.

S. P. Admirabilis quædam perpetuaque Cæsaris vere invicti felicitas vir clarissime, quam arbitror non absque propitio numine contingere, mihi spem bonam porrigit, fore, ut deus per hoc organum, præcipuam aliquam commoditatem conferat rebus mortalium, semper in deterius prolabentibus: Atque utinam deus tot illius felicitatibus, hanc etiam felicitatem addat ingeniature, ut orbis tempestatem quæ iam diu misere turbat ac miscet, non solum respublicas et studia, verum etiam arcem Christianæ pietatis propemodum a fundamentis subvertit, vertat in optatam tranquillitatem. Decederem hinc animo æquiore, si hoc videre contigerit. Pro interdicto misso adversus petulantiam quorundam Theologorum lovaniensium, maximam habeo gratiam, et tuo erga me studio et Cæsaris benignitati. Verum plus hic valet quorundam improbitas ac vafricies quam Cæsaris autoritas. Nicolaus Ecmondanus carmelita, ridetur et a pueris, ut homo mentis parum sobriæ. Latomus Gallicæ ditionis, nunquam destitit in ea academia moliri dissidia. Nicolaus a Montibus. Nam huic potissimum delegatum est inquisitionis

negocium, mira quadam vafricie praditus est, Certe utergue odium inexpiable, quod gerunt in bonas litteras, et ob has in me, quum studeant dissimulare non possunt, erumpit, ipsis nolentibus. Atque hi duo abutuntur stultitia et improbitate Ecmondani. Simul atque exhibitum est Cesaris dictum, Montanus et Latomus, accurrunt Mechliniam, minitantur se velle deponere susceptam delegationem, si talibus interdictis frangeretur ipsorum Autoritas. R.D. Archiepiscopus Panormitanus egit partes meas, Iodocus presidens senatui Mechliniensi, vir mihi semper visus et bonus, et in suo genere pulcre doctus, sed ut scis, professus bonarum litterarum hostis, egit diversas. Quid multis? Impetrata est huius opera Cesarei dicti interpretatio, qua magis etiam illos animavit ad audendum. Arte simili bis eluserunt interdictum Romani Pontificis. Presserunt utrumque et clam scripserunt Datario, boni consuleret factum, sic enim expedire fidei catholice, ne qua res apud populum minueret ipsorum autoritatem, se non lesuros Erasmum. Tantum haberet hoc clam et placaret animum Clementis. Non tibi narro somnium vir egregie. Habeo Datarii scriptum quod litteris ab amanuensi descriptis, suapte manu addidit. Id amicus quidam ex ipsa Datarii epistola decerptum ad me misit. Sed ad Cesaris dictum redeo cum interpretatione redeunt Lovanium, et exasperati magis

quam coherciti, virulentiora de me spargunt quam antea.
Ecmondanus autem adeo non paruit edicto, ut in Sylvam-
ducis, a Decano legatus, publice exusserit meum novum
testamentum. Cuidam expostulanti cum Decano
qua refretus auderet hoc Ecmondanus adversus edictum
Cæsaris et Pontificis, Respondit homo vafer, id
illi, in mandatis non fuisse datum ab ipso. Ve-
rum quum alter quidam acerbius eadem de re
expostularet, effudit virus quod habebat in pectore.
Latomus tres in me libellos prælegit publice,
nos edidit. Apparabat quartum, idem factu-
rus, ni Cæsaris edictum intervenisset. Sic de-
creverat libellis suis sub inde nobis in me ludere.
Nunc suis armis instruxit Parisienses. Nam
ex nido montis acuti prorepsit ad nos ille pullus.
Petrus Sutor theologus Sorbonicus, et idem mo-
nachus Cartusiensis, præterea Natalis Beda hu-
ius sodalis tres libros in me prodiderunt undique
differtos manifestis mendaciis et evidentibus
calumniis, tum conviciis plusquam scurrilibus.
Nam hos habeo etiam ob id infensiores, quod
Cæsareanus sum. Sanque eo processerat conjura-
torum aliquot theologorum ac monachorum
improbitas, ut Rex et Senatus coacti sint edi-
cere, ne quid talium librorum in me scri-
berent, et qui scripti prissent, ne venderen-
tur. Nullus autem liber in me scribitur
tam insulsus aut famosus, etiam fictis ti-
tulis, quin Latomus et Decanus connivent,
hoc pacto stolidorum hominum impuden-
tiam ad jocos invitantes. His artibus

cludunt dicta Cæsaris et Pontificis ac sibi videntur cati. Non est hoc novum monachorum quorundam ac theologorum eiusdem farinæ consilium, ut libros meos omnes excuterent e manibus hominum, nec enim aliter putant opprimi posse bonas litteras. Verum quod diu parturierant, post cladem rusticorum totis copiis decreverant aggredi, in Anglia, in Ungaria, in Polonia, Nam in Germania nondum tantum valent, in Hispania. Sed horum inconditis tumultibus principum ac præsulum autoritas obstitit. Quo quidem nomine plurimum debeo, et tuæ benignitati cum primis, deinde Archiepiscopi Toletani, aliorumque quorum nomina studiumque in me propensum, ad me scripserunt amici. Ex quorum litteris cognovi, quod Edwardus Leus qui isthic oratorem agit sui regis nomine, librum apparat edere, contumeliosissime scriptum in me ac fortasse iam edidit. Quod si verum est, non auderet hoc in sua Britannia quod audet in Hispania. Nam et Regem et Cardinalem et Reginam et Archiepiscopum Cantuariensem breviter omnes fere episcopos habeo mihi faventissimos. Rogavit tua prudentia, unde igitur istorum in te tumultus? Tres sunt causæ. Existimant ipsorum regnum ac maiestatem ruituram, nisi oppresserint linguas ac bonas litteras. At qui si eas ubique feliciter efflorescentes comiter amplecterentur, etiam

aliquid dignitatis

aliquid dignitatis illis accederet, nec parum utilitatis. Nunc dum sine fine belligerantur adversus politiora studia, concitant sibi magnam invidiam. Id totum mihi imputant, qui video his studiis evehendis aliquid adjumenti mea industria contulisse. Habes unam odii causam. Altera est quod in lucubrationibus meis alicubi taxo theologos quosdam, qui neglectis voluminibus sacris ac veterum interpretum scriptis, consenescunt in sophisticis argutationibus. Ex hac admonitione plerique theologi, aditis fontibus et adjunctis bonis litteris, magis sobrie tractant mysteria divinæ Sapientiæ. Et hoc frementes imputant mihi. Tertia causa est huic similis, quod in scriptis meis alicubi dissentiam à Scoto, Thoma, Lyrano, Hugone; Deinde quod indico subinde quibus in rebus vita sit vera religio. Ea res unit monachos, dum vident suos autores negligi, quos tamen ego nusquam damno in totum, sed melioribus postpono. Deinde clamant adolescentes reddi a monachorum instituto alieniores. Imo hoc maxime erat in rem adolescentum, ut scirent quid esset vera religio, et quantum abesset a superstitione, ne vana specie pietatis decepti, se præcipites darent in aliquod vitæ genus, unde post frustra se cupiant evolutos. Sic forte pauciores haberemus monachos, sed syncериores. Nunc licet illud prophetic[um]

dicere. Multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam. Habes istorum tumultuum fontem, qui tamen illico conquiescent, si principum ac tui similium autoritas istorum impetus fregerit. Quod ni fiat, periculum est ne gravior tempestas ab istis suscitetur quam a lutheranis suscitata est. Quid enim aliud oriri potest, ex istius modi conspirationibus, clamoribus, obtrectationibus, injuriosis libellis, maliciosis calumniis nisi dissidium orbis? Edictis quidem nihil proficitur. Hoc magis inverit, si Cesarea Maiestas, manifestum aliquod documentum dederit, se favere rectioribus studiis. Id fiet, si professores linguarum et si Hispaniis et Lovanii et Tornaci, vel benignitate sua, vel privilegiis, vel alio quopiam monumento decorarit. Deinde quod ad me pertinet, si vel tua sublimitas Cesaris nomine vel alicuius Cesaris tecoque, puta Joannes Almanus, aut Cornelius Scepherus privatim scribat, ad D. Nicolaum a Montibus, Lovaniensis academiæ Cancellarium, religiosque theologos in hanc sententiam, aut si qua tua prudentia videbitur melior. Ne suis exemplis doceant alios eludere Cesaris edicta, sed serio cohibeant et linguas et libellos petulantes, unde præter dissidia nihil

potest proficisci. Esse nunc in orbe plus satis dissidiorum, etiam si non accersantur novi tumultus, plus satis esse qui palam tuentur Lutheri dogmata, etiamsi calumniis non protrudantur in illius factionem qui cupiunt esse et hactenus persteterunt in consortio ecclesiæ catholicæ, nec persistere solum, verum etiam pro sua virili pugnant adversus hostes Ecclesiæ; Nec æquum esse, ut in acie stantem et cum Luthero cozerentem mianus, hi pro quibus dimicat, à tergo adoriantur. Satis esse. Lutheranorum libellis latine germanicæque scriptis assidue lapidari. Hoc potius agendum ut transfugas in Ecclesiæ castra revocemus, quam ut amicos extrudamus. Etiamsi quid esset in libris Erasmi, quod incircumspectius scriptum esset, quandoquidem nullus adhuc scriptorum hoc vitare potuit, tamen nihil opus esse rem vel hoc periculoso tempore, vel huiusmodi tumultibus agere, præsertim quum ipse declaret animum pietatis studiosum, semperque sua scripta submiserit Ecclesiæ indicio, sese paratum semper professus sit, vel corrigere vel explicare, si quid iure offendit bonos et integros. Nam quos occupavit odium, his nihil omnino placet. Cæca sunt amoris, sed cocciora sunt odii indicia. Tum aliquid, etiam tribuendum tot vigiliis quibus provexit et indies provehit et bonas litteras et rem theologicam. Sed ego ineptus qui

tua prudentia prescribam argumentum. Hic certe nihil est non serissimum. Si placet alia ratio qua indicabis melius cohiberi posse horum tumultus, quoso ut et rectis studiis et Erasmo et candidis ingeniis omnibus opituleris. Clarissimam tuam magnificentiam servet Dominus Jesus. — Datum Basileæ III Nonas Septembris, anno 1526.=

Illustrissimæ magnificentiæ tuæ

deditissimum mancipium.

Erasmus Roterodamus mea manu scripsi.

De mano de Erasmo.

En el sobre: Magnifico Domino Mercurino Gattinario Cesareæ Maiestatis Cancellario.

In Hispania.

Erasmus

11 1527
12 febr.

Madrid. Real Aca-
demia de la Historia.
Cartas de Erasmo y otras.
f. 81
(Minuta holografa)

Alphonsus Valdesius Caesari a Secretis
Clarissimis viris Cancellario et Theologis
Lovanien. S. P.

Effecit singularis mea erga istam academiam et bonas literas (quibus inter alias potior) voluntas ut illius decorem numquam non promovere studeam / Quo fit ut quum nuper audiverim virum nonnullum contra edictum Caesareum Erasmum virum illum de christiana republica optime meritum magnis obtrectationibus insectari / Tametsi de hac re diffuse ad vos scribat Cancellarius nolui tam praetermittere hanc occasionem quin meam erga vos animum declarandi vosque amanter monere ne dimicetis quicquam in grave religionis, Caesaris vestrique regni Academiis dedecus et Christianorum omnium scandalum fieri permittatis. Caesar enim noster et gentem et illi astant Cordati pijique proceres nihil usquam ardentioribus studijs optant quam ut ubique bonae literae restituantur studia promoveantur quibus solis et se in mortalitate commendari et rem Christianam ad pristinum revocari posse vident (in margine) Vos igitur partes erunt cum in his animum praestare ut Dei tantum gloriae, Caesaris vri dignitati, reipublicae commodis et non privatis quorundam affectibus inservire videamini. Interque meo affectu inter vros ascribi obsecro. Valete foeliciter. Ex Valleoleto die 11 februarii 1527

12
1527
12 March

Madrid. Real Academia
de la Historia.

Cartas de Erasmo y otros.

f. 82.

S. P. Libere tue mi Maximiliane (quid te mag. nifiris ambitionis tibi his affiriam quum neque a me laudari aliquid sit, idque a te longe alienum didicerem) quas die 3 Januarii ad me dedisti mihi iucundissime fuerunt / Laudas in me rerum copia et verborum ubertatem quod certe minime agnosco, sed dum mihi hec tribuis non me sed teipsum laudare videris / quicquid enim eruditionis mihi est a te accepi / si quid sum vel in his possum tibi semper ascripsi, et ascribam. Quare laudibus omissis preceptoris non assentatoris officio utaris velim. Erasmum nostrum divina bonitate servatum gaudeo / Tragediam Cornillatorum protervitate apud nos excitatam ea annexis literis intelliges quas ma rum farritulo hoi ad eum quam primum mitto hoc rerum Cornellarius rogat. Pro sarcogitata inventaque apophtegma gratiam habeo maximam, sed miror quod me Erasonem aliquem depingere velis, cum tuo dicterio dimidium plus toto. Si enim scripsisses hoi te invenisse quo rerum gemellorum virtutem, ego gemellas eum. sim assequi debeo sumopere certe placuisset, eo quod a te tradito hoi nomine uti deberem / Scribis te cupere ut quattuor vel potius sex amica confiderem, ut totum cubiculum pars

adornare. Equidem vereibar tanto / si tu nosses quam
sim ab hujusmodi plus quam ethnicis ostentationibus
alienus, alter forsan consuleres ut hec fierent. Instavit
fr mosgerendusque fuit eius voluntati. Mihi igitur
illa audita sat erunt. gratum tamen erit si ipsorum
auctorum exemplar ad me simul miseris.

Acerbissima inter Alemannum et Barri delatio
fere sepulta iam est, tamen (ut suspicor) Alemannus
non omnino timorem excusserit, nam circulis missis
quid in eum actum audio, idque ex decreto Cesaris
si quid erit ex me accipies.

Grasmi opera (aut scripta) (ut scripsisti) comparta
avide aperto, ea enim omnibus longe gratissima erunt,
Lamiti nec apud nos admodum desiderantur / nulla
certe iam merces venalis in hispania est quam Grasmi
opera, idque invitis monarchis, qui nusquam magnis
clamoribus non obstrepunt.

Cum his agantur ex Iacobo fratre accipies. Tumus
in magna rerum omnium turbatione. Validissimas
Cesar in Italia copias habet / sed unde alantur nescio.
Praeterea lapides ipsi nostris hostis sunt / vivere si

cum Cardinali Colonnae rata convenit / hispani militis
in Borbonium murmurant timultuarique coeperunt.
Universi Italiorum potentatus Caesaris arma timent, popu-
nostrorum sevitiam horrent. Quid his rerum difficultatibus
nobis de Italia sperandum sit, tuipse meditare poteris.

In hoc nostro hisparrorum conventu quid futurum sit,
tametsi suspicor, in praesentia tamen silebo, existimo scri-
bam qui ultimam foelix faustusque sit. Imperatricem
ad unissonum Maii foetum nobis datorum speramus.
Carnellarius distressum parat, ibique bona cum omia
Caesaris ad Kal. Aprilis furtorum se asseverat. Quo con-
silio id faciat, haud charlis committendum censeo. Ma-
nebo apud Caesarem ut tum meis tum Carnellarii rebus
provideam. De pace nihil audio, nec ipse quidem,
quid foederatorum nomine Caesari propositum sit, quidve
Mis tis sue nomine per artum publicum responsum, per pri-
mum tabellarium mittam, nam typographo secundendum
dedi. Ceterum habes quod in Gallos scriptum voluit Caes.
Prima epistola mea est, responsis Apollinaris Carnellarii
Si libuerit poteris et tu istinc typographo imprimendum
dare. Vale et meos mis vestris salutem dicito. Vallisolet.
Die 12 martii 1527

x Lis!

Madrid. Real Academia de la Historia.

Cartas de Erasmo y otros.

f. 15.

Erasmus

14
1527?
27 March.

Justus responsionis ad articulos a monachis notatos. (written by Erasm. himself)

Har always present in all his works that the two persons comprising the Holy Trinity are of the same divine nature "imo patris eandem individuam essentiam in tribus personis." The person "ad salutem nostram" however, moved him chiefly of battling the doctrines of the Arians.

Paraphrasis in primum Joannis caput quis the reason why Christ was not so openly called God in the old Testament, as "he called himself. Deus erat a deo, deus erat in deo, deus erat apud deum & communem utriusque divinitatis naturam, deus per omnia pares." "to put to rest rebellious Jews heresy, Arianorum et eorum qui dicebant Christum tum cepisse cum nasceretur ex virgine."

Quote many passages of his writings in which he has repeated both these sentences.

"Quorsus idem repetit in Matrimonio Christiano quod semper ad Catharinam Angliae Reginam alibique suis nummis" (f. 16)

1. "Nunc ad primum articulum. Facillimum est hominem dicta vangelare, at inquisitoris est ipsa verba referre quae male videri impia."

If he wanted the orthodox not to see fault against the Arians and heretics, he does feel that not James heresy. Jesus is his adversary.

2. "Ne quid inspirientur nisi, non enim arbitror illos inspirari ut eum heretici sentiret qui dicunt personas solo ly nomine non distingui nisi nominibus tantum, quum tutius profiteor esse tres personas proprietatibus distinctas non essentia. Sed curiosa quæruntur circa hanc rem quæ tutius taceo, scrutantium ea rationibus humanis quæ nec angelorum intellectus ad plenum assequuntur."

Argumentum: homo gignit hominem, ergo pater deus gignit filium deum. That is not true, that the faults are not the same as the same substance.

3. "Et tot loca quæ supra memoravi aliique plurimi quæ memorari possunt abunde liquet, nec fas sentire de personarum æqualitate, itaque nihil aliud his reprehendere posset etiam calumniator iniquus, nisi ne parum circumspecte locutum. Quamquam ego locutos satis circumspecte locutos mihi videor, in qui captant ansa calumniandi, ne Christum nec Apostolos satis circumspecte locutos sint." &c.

Ly Qui liquit ajutorium meum ad Lei locutionem 11 et meum 12 facile præpirit, hac ne calumniare dicerta." &c &c.

"Dedi quidem responsionis Rmo Præsul, nec enim

amplius curabat in presentia, quod in archivis profectionis
eorum per nos scribimus, redditis omnibus archivis. Reliqua
tractabimus accuratius, sed abunde sunt ibi ut singu-
lis dictis assignent sua loca per faciles ut reponis.
R. T. D. commendatus esse cupio serenissimo Hungariae ac
archiducissimo.

Erasmus Roterodamus subscripsi.

/Autograph. Many corrections
in the hand of Erasmus/.

℞ D. D. Alfonso Archiepiscopo Hispalensi.

(Enclosed)
Autograph.

S. p. Quod nihil carius sit interpretor te bene hic
adfuturum, ultimum sabbatum saturni effundas Erasmum. Ni-
hil simulo in consultationibus. Varia me affligit Caesaris
adventus. Bene vale virtutum charissime. Datum Friburgi
Brisgoiae 6 Cal. Aprilis 1529.†

Erasmus

Ornatissimo viro Alfonso Valdesio, Caes. Mtis Secre-
tario.

† In ista clausa ei is 7 é 9.

1527
24 Aprè

Biblioteca de la Academia de la Hist.ª
Est. 18. – grada – 1.º nº 8.

Vol. 1.

Erasmus Mercurino Gattinario.

Penultimo die Aprilis, 1527.

S. P. Vt ad alteras quoque litteras tuas tribus verbis respondeam, clarissime vir, si quid est felicitatis, hoc optarim tibi mecum esse communem, cuius integritas pietasque singularis digna profecto erat perpetuo rerum successu, verum non hoc tantum evenit, ut duos illos quos Cæsaris interdictum nominatim expresserat, mors terris eripuerit, Nam Vincentius Tympanite cruciabili morbo periit, Nicolaus Ecmondanus iam multi tolerabilis, in vomitu suffocatus est, quum paulo ante inambulans, iussisset abire mulierculam, quæ solet adesse ministerii gratia, quod duceret se velle persolvere pensum honorarium ut vocant precum, verum etiam Natalis Beda, qui furiosum pariter ac famosum libellum in me scripsit, per Galliarum regem coniectus, est in carcerem cum aliis nonnullis.

Illud plane prospicio, nisi principes quorundam stolidos et impotentes spiritus autoritate sua cohercent, excitabunt nobis novam tempestatem quum hæc incipiat esse mitior. Non obscurum est, quæ vos Vmmorum principum

dissidia tot iam seculis vel excitet vel alat, miror si ipsi non sentiant, et si quum sentiant dissimulant, magis etiam miror. Verum his rebus coeleste numen dabit felicem exitum. Unum erga me studium vir ornatissime, tam constans et candidum iam olim expertus sum, quamquam maioribus indies argumentis declaras, quantopere faveas et optimis studiis et pietati christianae, in qua provehenda tuendaque si nihil aliud, certe animum syncerum fortemque praestabo, usque ad extremum halitum. Exemplar epistolae quam misisti Lovaniensibus ad me nondum perlatum est, ex amicorum tamen litteris accipio, quod narras. Quamquam ab istis eludentur omnia. Subornant alios, mille cuniculis rem agunt. Negotium duorum arte geritur Edmundano mortuo extitit Lovanii Franciscanus quidam, qui in publicis praelectionibus subinde perstringit nomen meum. Hoc genus neminem metuit, et si quid immineat periculi, mutant sedem, et in tuto sunt, quumque non in aliud proficiant, nisi quod sibi mortalium odium exasperant, tamen veluti furiis lymphati pergunt. Sed haec quoque Christus optimus omnia vertet in bonum finem. Quid Hispania Leo permissura sit nescio, hoc unum scio, mi turus est malam gratiam apud regem suum, Card. Ebor.† alioquin immo-

* Cardinalem Eborensem

meros Episcopos, proceres ac doctos Angliæ. Et profecto fuerit e gloria regionis illius, si mundus nesciat illic esse tam virulentum ingenium. Fragmentum epistolæ Cutberti Tonstalli, cui Leus in legatione successit, his inservi, quo magis credas meis verbis. Legem quæ coherceat edendi temeritatem vehementer approbo. Verum illud interim cavendum ne lex optima vertatur in exemplum pessimum, id quod Lutetiæ fieri coeptum erat. Aliquot conjurati calumniis ac mendaciis licentissime debachabantur in quoslibet. Si quid respondisses, vetabatur edi verum quo minus hoc conjurati liceat in Hispania, cavebit tua cum primis, tum Reverendorum Archiepiscoporum Toletani et Hispalensis vigilantissima prudentia. Optabam pluribus tecum agere, quandoquidem video tuam humanitatem gravissimis occupationibus adeo æqui bonique consulere, litteras nostras interpellatrices, ut hortaris etiam ad crebrius scribendum. Sed redii ad harenam gladiatoriam, Hyperaspistem nostrum ad diatribam arbitror vidisse te. In Hyperaspiste quoniam exclusus spatio temporis, hoc operis intra paucos dies tumultuanter absolvi, sollicitus eram, reliquam disputationis partem. Equidem malebam alijs in argumentis operam collocare, sed Lutherus editis libellis iactat me non respondere; quasi vero nihil responderint

gestiuntque Lutherani Hortantibus igitur amicis aggressus sum liberare fidem meam. Bene vale, patrone magne, cum optimo Principe, pentiuno die Aprilis. Anno MDxxvii.

Excellentiæ tuæ deditissimus
Clericus Erasmus Roterodamus
manu propria subscripsi.

De mano de Erasmo.

In dorso: Clarissimo viro Domino Mercurino Gattinario, invictissimi Cæsaris Caroli, Cancellario summo.

In Hispaniis.

Biblioteca de la R.l Acad. de la Hist.ª
Est. 18. – gr. 1.º – n.º 5. – fol. 83.

1527 18
1 August

Alfonsus Valdes Maximiliano Transylvano.
Kal. Augusti. — 1527.

S. P. Postquam mihi reddite sunt littere tue, quas quarto eidus Maii ad me dedisti, nullam nactus occasionem qua recte ad te litteras darem, hucusque distuli respondere, de Apologia Gallica, deque responsione Cesaris ad Pontificem, quando ea te dudum habuisse scio, atque ea — me intellexisse, quis minuscuiusque rei fuerit auctor nihil in his scribendum censeo, Stulca una cum libellis Erasmi avide expectamus, tu fac eaquam primum mittas. Ceterum quod in negocio Erasmi isthic a te factum est non possum magnopere non laudare, Soles tu quidem tuorum — insanos persones tua prudentia cohibere, cohibemus et Nos brevi (ut spero) fraterculorum ginghol phorumque insanam petulantiam, audi lepidissimam tragediam in monachorum caput retundendam, Archiepiscopus hispalensis vir (ut nosti) et generis nobilitate et virtutum splendore et syncera pietate clarus videm sese nec censuris nec diplomatibus, tantum efficere possem ut quorundam fraterculorum insanam garrulitatem cohiberet quin quod Principes, quod nobiles, quod plebem atque

apud omnium statuum mulieres ne
meretrices excipiam magnis conviciis in
Erasmum debacchantur, Primores omnium
ordinum Monachos ad se venire jubet
eisque convocatis, (aderant enim generali
Conventui totius Regni celebrando) ubi Eras-
mi Causam exponere coepisset, prorumpunt
in convitia, prorumpunt in clamores, Eras-
mum sequi hereticum exclamantes, si-
lentio autem abeis impetrato diis illis indi-
citur, qua heresis huiusmodi inquisitionis
Senatui exhiberent, veniunt ad statutum
Diem atque Dominicani primi, deinde fran-
ciscani nonnullos articulos alios hereticos,
alios Schismaticos, alios scandalosos, alios
piarum aurium offensivos exhibent, exhibuerunt
et trinitarii, (novum apud nos hominum
genus) suos etiam articulos ne parum
theologi viderentur, dumque libellis Erasmi
incendium a monachis parraretur, crede-
rentque mendici ceteros ordines in suam
Sententiam ituros pedibus. Dionisius Au-
gustinensis vir audacissimus, Caesaris
à confessionibus (nostri hominem) praeter-
ea omnes damnans calumnias Erasmi eru-
ditionem, religionem atque pietatem
magnis asseverationibus coepit commen-
dare, quem secutus Ulmetanus Bene-
dictinus, homo et eruditissimus et cor-
datissimus sua modestia atque eruditione
dum totum Erasmum laudat, ita calum-

niatorum animi à falsa spe decidere, ut lo-
lent asinorum aricule longo itinere, sarcina-
rumque pondere gravatorum concidere, Pre-
sul autem hispalensis ut nullus calumnie
locus fraterculis relictus censeretur, eorum
articulos in libellum simul congestos, ad
nonnullos theologos quos tum complutenses
tum salmanticenses ad hoc elegerat mittit,
indicens illis diem in quo comparere debe-
rent, ac suam unusquisque mentem de-
super declarare, veniunt theologi plus mi-
nus viginti exceptis monachis novem qui
etiam ad congregationem admittuntur, dumque
Erasmi negocium tractare cœpissent sum-
que stomachum monachi aperirent in
Erasmum, quotquot aderant probi cordati-
que viri summa modestia eum defendere
cœperunt, ita ut per integrum mensem
in duobus articulis immoratum sit, de tri-
nitate videlicet atque de Christi divinitate,
quod alias tum ab Eduardo Leo, tum etiam
a nostris Stunica et Caranza fuerat calum-
niatum, Nunc agitur de Divinitate spi-
ritus Sancti, cum maximo certe infir-
morum omnium offendiculo, sed dices,
qui fieri potest, ut hispalensis qui sua
prudentia monachorum calumnias novit,
illis silentium non imponat, potius quam
permittat ut hęc renovetur Camarina?
Nosti mi Maximiliane quanta sit mo-
nachorum apud nos Maiestas, quanta

tyrannis, quanta licentia, quibus omnibus tantum apud omnes valent, ut eorum petulantia aliter compesci non possit. Quod si (ut mihi certo polliceor) res nobis ex sententia succeserit, non solum apud nos sed apud vos etiam calumniatoribus Erasmi perpetuum silentium imponemus. Agunt partes Erasmi vel potius christianæ veritatis omnes theologi Complutenses preter unum non tam theologum quam astrologum Coruelum gilgolphissimum (nosti opinor hominem). Religiui septem (inter quos est Caranza ille olim Erasmi calumniator, nunc strenuus defensor) egregie favent, preterea Ludovicus Coronellus inter theologos Eximius, episcopus Cabrerus vir eruditus, celeberrimusque Concionator ac magne auctoritatis apud omnes aulicos, ad hec theologus quidam Bononiensis non minus facundus quam eruditus, tumque Alcaraz qui et litteris et ingenio magnum nomen est assecutus, habemusque monachos tres inter quos precipuus est Vbnetanus ille cuius tu libellum ad Erasmum misisti, qui cum cæteros eruditione atque pietate superent, ita bonis litteris atque syncere Religioni non possunt non favere, Religiui omnes partim terrore partim ambitione ducti, falsis criminationibus favent sed certe huiusmodi

sunt ut nullum

sunt, ut nullum tibi notum esse credam, quod miserâ eorum eruditiâtur ... evidentissimum argumentum tibi esse poterit, Res agitur secrete, tametsi magna ex parte ad aures nostras labatur, estque opere precium obscurorum virorum audire ineptissimas sycophantias pueriles sententias, aniles fabulas, quas propediem diffusius et habiturus hec de Erasmo. Ad quem (si videbitur) hec transmittere poteris. Quod autem scire ex me cupis an pacem unquam finius habituri, Ego certe mi Maximiliani tam longissime tam profligatum video, ut licet sepius de ea apud nos agatur, ferveat que in presentia opus. (putant enim galli absente Cancellario facilius nos decipi posse) nihil tamen spero futurum, ni Deus spem aliter rebus nostris consuluerit. Tu vale et dum felicitergue occiare in amenissima provincia cum prestantissima comige, quibus optimus Deus optatam prolem concedat, iterum vale. Kalend. Augusti. 527.

In el sobre: Eruditissimo viro Domino Maximiliano Transylvano Cæsaris Secretario, Patrono meo observantissimo.

1527
26 Aug.

Biblioteca de la R.l Academia de la Hist.a
Estante 18, gr. 1.a: n.o 6. fol. 9.

Erasmus Alfonso Fonseca, archiep. Toletano.

Basileæ, 7 calend. Septemb. 1527.

S. P. Reverendissime Præsul. Ex amicorum litteris cognovi quos tumultus, quas tragœdias isthic excitarint Dominicani Franciscanique sodales quidam, quod idem usquam non tentarant, in Vngaria, in Polonia, in Anglia, in Brabantia, in Gallia, sed usquam successit. Gallicanæ vestratique tragœdiæ bona pars est Edwardus Leus, qui olim librum in me scripsit, ubi sci cupiens, quod primo congressu parum retulerit gloriæ. Eum isthic se fingit velle edere, quod utinam faceret. Malo enim editum opus ut respondere liceat, quam istos fumos, quibus implet non tantum Hispaniam, clanculum monachos instruens in me. Nam isti ventres, sat scio, numquam hoc laboris caperent, ut perlectis lucubrationibus meis colligerent articulos, quos arbitror nec tantum scire grammatices, ut latine scripta percipiant. Et hoc audet apud vos Leus, quum sciat quod agit, nec Regi nec Cardinali Anglia, nec Archiepiscopo Cantuariensi, nec episcopo Londoniensi, nec episcopo Lincolniensi, nec episcopo Roffensi, nec Thomæ Moro, nec tot eruditis viris, gratum esse, imo quum sciat vehementer improbari. Nec

monachi reputant, quod hæc moliuntur invito Pontifice, qui primum Stunicæ, deinde rabulis aliquot lovaniensibus edito suo silentium imposuerit: invito Cæsare, qui minaci edicto idem fecit in Brabantia. Idque ex animo factum testantur illius ad me literæ, in quarum postremis sunt hæc verba. Nec dubitamus et nos ita tecum agere, ut omnes intelligant quanti tuum ingenium animumque vere primum faciamus, tuique obtrectatores, qui bonarum litterarum ac veræ pietatis studia pertinaciter insectantur, deinceps oblatare desinant sciantque Cæsarem pro Erasmo, tanquam pro viro omni eruditionis ac synceræ religionis genere prottente stare, eiusque nomen ac gloriam, non secus ac propriam protectionem, etc. Clemens ultro bis misit, ducentos florenos aureos, omnia pollicens digna ex animo favente. Verum isti qui iactant suam adorabilem obedientiam, nec divinis nec humanis legibus, nec prophanis nec ecclesiasticis constitutionibus parent, sed quicquid libuit, hoc sanctum esse ducunt: nihil non audent, pretio tot examinum conspiratione plebisque stultitia. Nam paucorum licet meliorum iudicia negligunt. Nec reputant quam hæc alieno tempore moliantur, dum undique rebus plus satis turbatis, novas excitant procellas, quum si quid esset excutiendum posset suo tempore commodius fieri, presertim quum

ego nullam unquam factionem contraxerim,
nec ullum improbatum dogma professus sim;
denique quum semper omnia mea iudicio
Ecclesiæ catholicæ submisserim. Hic pru-
dentiam in illis iure desidero, verum illud
impietatis est manifestariæ, quod me iussu
Pontificis, Cæsaris et aliorum Principum,
non sine capitis mei periculo cum Luthero
manus conserentem, meisque vulneribus
pro mea virili defensantem Ecclesiæ com-
munis causam, a tergo confodiunt, rem
longe gratiorem facientes Lutheranæ parti,
quam si centum libros in illos ederent.
Itaque non profitentur isti favorem erga
Lutherum, fateor, sed insigniter prostant.
Nec alias suppetias optaret ipse Lutherus,
quam quas ferunt isti titulo Lutheranorum
hostes re propugnatores. Quam vero non
incruenta pugna mihi sit cum Luthero, de-
clarat illius servum arbitrium, et meus Hy-
peraspistes, cuius alteram partem nunc da-
mus: idque facimus in ea parte Germa-
niæ quæ cingitur undique civitatibus, in
quibus maxime regnat hæc lues, exorientibus
subinde novis dogmatibus, sic ut semper pos-
teriora peiora sint prioribus. Hoc certe loco
nullus antehac autus est hiscere adversus
Lutheranos, calamo præsertim. Et hoc
agentem isti conjurati aggredientur, im-
pingentque calumnias, ad quas toties res-
pondimus, impingunt imprudentes sus pi-

tiònes, interdum manifesta mendacia, quasi desint aperta dogmata, si possunt aut si libet refellere quod impium est. Verum hæc utcunque habent Reverendissime Præsul, habeo gratiam plurimam humanissimæ tuæ prudentiæ, qui crabrones istos, quoniam aliter compesci non poterant, hac ratiòne coercuisti, aut certe temperasti, ne publicitus ut exsperant in me furerent. verum iam nunc subodror qua techna sint impositurí tuæ mansuetudini. Scribent articulos scilicet, ac spargent per orbem terrarum, et in his pronunciabunt non expectata tua sententia, quemadmodum in his articulis quos ad me miserunt amici prefatio multam habet mentionem de hæreticis, et tituli pronunciant contra sacrosantam Dei trinitatem, contra Christi divinitatem et gloriam, contra Spiritus Sancti divinitatem, etc. Hi tituli non sunt inquirentium sed pronunciantium, et in quodam articulo adscripserunt, en novum hæreticum. His technis efficient, ut vetiti concionari in me, quamquam iam nunc ad sacietatem usque debacchati sunt aliter sed perniciosius in me concionentur. Nec interim perpendunt, quibus modis possim illos ulcisci, nisi Christianius esse iudicarem iniuriam perpeti quam referre. Quamquam etiam tacente

me nihil aliud

me nihil aliud sibi conflant ubique talibus factis, nisi maius odium, quum alioqui satis magno laborent. Me sibi fingunt hostem, quum boni, verique monachi ne ipsa me sentiant amicissimum. In scriptis meis quanta libertate nonnumquam admoneo monarchas, velut in principe christiano, in panegyrico principi Philippo exhibito, quanta Pontifices et episcopos. Nullus horum mihi factus est aspriam pilo infensior, isti soli, quos oportebat esse tolerantissimos non ferunt generalem admonitionem; et tamen interim dissimulant, quæ de ipsis per hominum ora volitant fabulas, longe aliud loquentes quam loquuntur libri mei, quas frequenter non sine pudore cogimur audire. Ad eas respondendum esset, si cuperent hominum odium effugere, quod nunc istis moribus magis exasperant. Quod ad hoc negocium attinet, ego semper hoc animo fui, ut oderim omnem factionis speciem, semperque studuerim ea inculcare libris meis, quæ provocarent homines ad syncerioren pietatem, eximereque prepostera de rebus iudicia, quibus prope modum abolitus erat Christus. Insignem eruditionem numquam arrogavi, eoque à subtilibus materiis semper abstinui, in quibus interdum plus est ostentationis

quam pietatis: A doctis admoneri non solum patior verum etiam ambio rogoque, et si quid deprehensum est erroris, libenter corrigo. Cavere ne dormitet usquam non est hominis, nec adhuc extitit quisquam tam doctus ac circumspectus qui omnibus per omnia placuerit. Quod si recipimus calumnias, depravationes, suspitiones, multo plura comperientur in scriptis Augustini et Hieronymi quam in meis; reperirentur et in Paulinis epistolis, nisi submoveret autoritas ut sileam de manifestis mendaciis. Omnia nostra feré praecipitamus, hoc est naturae meae vicium: multa scripsimus iuvenes et illud alicubi peculiari studio fuit, iocando vera dicere, quo veritas per se amara falleret illecebra, sed falleret cum fructu eius qui fallitur: scripsimus seculo tranquillo, itaque fateor esse multa in scriptis meis, quae poterant circumspectius aut munitius proponi, sed ego mortales aestimabam ex meo ingenio, tales calumniatores, nunquam credidissem exorituros, nisi re compertum esset. Impie scriptum in libris meis arbitror nihil inveniri, et si inveniatur non patiar incastigatum. Bona calumniarum pars nascitur quod istos ex inscitia

latini graecique sermonis, tum ex ignorantia troporum, quos non agnoscunt homines, assueti nudis conclusionibus, corollariis et impertinentibus. Praeterea fallantur in personis, quod enim sub haretici persona dicitur in colloquiis, sic interpretantur quasi ab Erasmo dicatur, aut quod ab impio milite dicitur, mihi impingunt. Nec distinguunt tempora quod in Paraphrasibus dicitur à Christo aut Paulo iuxta rationem illorum temporum examinant ad praesentis Ecclesiæ statum. Obiiciunt ad quæ toties à me responsum est, perinde quasi nihil sit responsum. Nam tua prudentia facile deprehendet istos non legere quæ scripsimus, sed ex calumniis Stunicæ, Lei, et si qui sunt alii qui nostra reprehendere conati sunt, aliquot idonea calumniæ verba decerpunt. Potuisset illorum tumultus sic mea quidem sententia comprimi, si responsum fuisset, nunc in orbe plus satis esse tumultuum, etiam si ex calumniis et suspitionibus non excitentur novi: plus satis esse haretica dogmata palam profitentium, etiam si quæ sunt recte aut ambigue dicta, non detorqueamus ad calumniam: Praeterea hoc iniquè exigi ab Erasmo, ne quid omnino sit erroris in tot eius lucubrationibus

quum id nec ab Hieronimo nec a Cy-
priano, nec ab Augustino et hand
scio an à quoquam veterum prœsti-
tum sit. Postremo quum nunc
pugna sit cum Luthero, in qua totus
sit Erasmus, quum Cesar nouiatum
generale concilium, non esse tempes-
tiuum hæc agere in præsentia. Id
quoniam factum non est, illud
curandum, ut euolvant omnes meas
lucubrationes, idque doceant quod
eas legerim in hunc usum missi catalogum
omnium meorum lucubrationum,
ne excerpant ex aliorum calum-
nijs quibus respondi, aut si quid
hinc decerpant, simul diluant argu-
menta mea quibus me tuor. Ad
hæc ne spargant suas notas ante
tempus, sed exhibeant his quibus
oportet. Postremo ne fuco inqui-
sitionis plus lædant quam pri-
vatis obtrectationibus et seditiosis
concionibus læserunt hactenus, ne
contumeliosis titulis et admistis
conviciis pronuncient autoritate sua,
et ex inquisitione faciant debacchа-
tionem. Id ubi factum erit, dig-
nabitur tua humanitas ad me
mittere articulos, ad quos res-
pondens si non satisfecero tuo
iudicio, tuum erit quod in rem erit

christiane synceritatis

Christianæ Syncerit[illegible] pronunciare: meum erit quod est hominis vere christiani præstare. Porro quo magis in promptu sit cognitio mittā librum supputationum, quo respondimus impudentissimis calumniis Natalis Sedæ, theologi parisiensis, sed talis ut omnibus et bonis ac malis, doctis pariter et indoctis sit tum odio tum ludibrio. Nam multa conveniunt. Brevi mittam et alium adversus similes calumnias. Jube relegi quæ Leo, Stunica et Caranza responderunt. Item in annotationibus quarta editionis multa dilue. Permolestum quidem est ornatissime Præsul et amplitudini tuæ his sycophantis exhiberi negocium, et meam senectutem, quæ mallet et posset magis frugiferis occupari cum eiusmodi rabulis committi, qui quo animo sint, iam toties satis evidens dedere specimen: sed molestius est huiusmodi ripis scindi concordiam christianam, in quam tarciendam potius erat omnibus viribus incumbendum. Nam ut ego novi istorum ingenium, ad conspirationes ac seditiones factum, nisi me fallit animi præsagium, nihil boni nascetur ex ista inquisitione: hoc titulo abutentur ad artes suas, in principium prudentia prospexerit ne fiat. Nos simplici syncroque pectore rem omnem, Christo vestraque prudentiæ committimus, cui precamur omnem in Christo felici-

tatem. Datum Basileæ 7 calendas Septembris, anno Domino MDXXVII.

Si vera sunt quæ scribunt amici, tam topere apud vos fuere quorundam odia, rursus quorundam fervere studia, vereor ne quid tumultus isthic oriri possit, quod sane mea causa nolim, etiam si mea culpa non fiat. Malim vel mei iactura sedari tempestatem, si modo hac ratione sedari queat. Illud mihi videtur in primis consultum, et ad istos coercendos accommodum, si iubeantur articulos exhibere legitimo more quo solent theologi, hoc est ut primum recenseant mea verba bona fide, et locum indicent, deinde quid offendat subiiciant. Nam hæc congerere, Erasmus corruptas codices defensat, in beatum Hyeronimum debacchatur Arianorum causam agit atque tutatur, suffragantia omnia respuit, rationes frivolas coacervat, non est scribere articulos, sed convicia. Huiusmodi non colligunt ex libris meis, sed ex libro Eduardi Lei, vel ex ipsius indice potius. Quod si isti adigantur ad id quod dico, quodque rectum est, aut desinent aut moderatius agent, et finem habebimus huius negocii. Cuperem enim ipse libros meos ab omnibus erroribus esse purgatos, si quid inest quod discrepat à doctrina pietatis. Nam in cæteris quoniam varia sunt hominum

iudicia, et quod huic est optimum, illi est
pessimum, non arbitror ansiè laborandum.
De mano de Erasmo — hasta acabar.
Quando ita est fatum meum non
admodum egre fero, istum tumultum
me vicio suscitatum. Benevaleat tua
sublimitas ornatissime presul, cui me
totum deo dedicoque.

Erasmus Roterodamus mea manu.

1527 28

Barbe 13.

Simancas. Estado.
Legg 1554. f. 577.

Erasmo.

Carolus &c.

Non hi dudo dilecte. Iuvenit nobis tuas literas duplici nomine iucundissimas, et quia tue erant, et quod ex his intelleximus Lutheranorum insaniam inclinari, quorum abhinc dudum tu quidem singulari vigilantia ergo te benevolentiae, abhinc vero non tam nos tibi debemus quam universa respub. Christ., quam per te unum id assequta sit quod per Caesares, Pontifices, Principes, Academias atque per tot viros eruditissimos haberimus obtinere non valuit. Unde tibi, et apud homines immortalem laudem et apud superos perpetuam gloriam repugnam defuturam et quam libentissime videmus, et hanc tibi felicitatem contigisse ex animo gratulamur. Superest ut provinciam hanc feliciter a te susceptam pro viribus ad finem usque perducere adnitaris. Nos enim tuis sanctissimis conatibus omni favore et favore minime defuturi sumus. Caeterum quod scribis, de his quae in tuos lucubrationes apud nos tentari coepta sunt, molesta admodum legimus. Nam videris nro in te animo ac voluntati quidam modo diffidere, quasi nobis praesentibus quicquam adversus Erasmum cuius Christianam pietatem cognovimus, fieri sinamus, esset stultissimum. Ex inquisitione enim quam in tuis libris

permicimus nihil ut privati nisi ut si quid humani lap.
sus in his inveniretur esset, tu ipse amantes meritas id vel
corrigas, vel ita explanes, ut multum offendiculum
pusillis relinquas, et hac via tuis scriptis immortalitatem
pares, et obtrectatoribus oribus ora occludas. Si vero nihil
calumniae dignum reperiunt furet videt quantam
gloriam tibi tuisque lucubrationibus assequuturus es.
Bono itaque animo te esse velimus, tibique persuadeas
summam nos tui honoris atque aestimationis re-
tinere memoriam nec habituros. Pro gratulo ni.
publice quod in nobis fuit hac re nos strenue
praestitisse, non ut nos aliquis dubitare debeat,
quid in patria praestemus, quidque deinceps prestaturi
simus, ea maluimus operibus declarare. Vos autem
a te petimus ut tuis precibus actionis omnes meas
deo opt. max. semper commendes. Vale.

Datum Burgis 13 Decembris 1527.

(Draft written by Agricola Valerius)

1528

21 March

Madrid. Real Academia de la Historia. Cartas de Erasmo y otros.

Erasmus Alfonso Manrico, Archiepiscopo Hispalensi.

Thanks him for his protection against the attacks and calumnies of the Spanish monks and other theologians. Knows how much he is indebted to the Theologian Ludovicus Coronellus. First volume of his Apologia.

Basileæ 12 Cal. Aprilis 1528

1528
5th May.

Madrid. Real Academia de la Historia.

Cartas de Erasmo y otras

f. 60.

1528
5 May

Cornelius Duplicius Scepperus to Alfonso Valdes.

Has communicated the subject of his mission to Madame Dominæ Reverendissimæ Mulieri is there.

Waits for the arrival from England of William a Bares who has been sent by Mordaunt to that country.

The affairs in Germany in a bad state.

The Prince Electeur Joachim of Brandenburg prepares war against the Saxons and Bohemians, in order to help his brother the Cardinal of Mentz.

The book of Erasmus on the pronunciation has appeared has published.

Bruges 5 Mai 1528.

